This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

Rettig - Tradita Polybii Castrorum Romanorum Formae - 1827.

GP 95
265.10

Digitized by Google

Gp 95. 265.10

Harvard College Library

FROM

Francis H. Fobes

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Polybios
D 7823

AD

GYMNASII BUDINGENSIS

EXAMINA PUBLICA

DIEBUS V. VI. VII. APRILIS

RITE CELEBRANDA

OMNES LITERARUM FAUTORES CULTORESQUE

TRADITA POLYBII CASTRORUM ROMANORUM FORMAE INTERPRETATIONE

EA QUA PAR EST OBSERVANTIA

INVITAT

GEORG FERDINAND RETTIG.

BUDINGAE MDCCCXXVII,
TYPIS HELLERI.

Digitized by Google

Gp 95.265.10

HARVARD COLLEGE LIBRARY
GIFT OF
FRANCIS H. FORBES
AUG 30, 1921

Τίς οὕτως ἐστιν ἀπεοικιὼς πρὸς τὰ καλὰ καὶ σπουδαῖα τῶν ἔργων, ὃς οὐκ ἂν βουληθείη μικρὸν ἐπιμελέστερον ἐπιστῆσαι ἐπὶ τῶν τοιούτων, ὑπὲρ ὧν ἅπαξ ἀκούσας ἐπιστήμων ἔσται πράγματος ἑνὸς τῶν ἀξίων λόγου καὶ γνώσεως.

Polybius.

Digitized by Google

Henrico
Fratri suo.

Cogitanti mihi, mi frater, quo potissimum munere die Tuo natali pium gratumque Tibi animum declararem, haec publice scribendi felicissime mihi occasio contigit. Hunc igitur libellum Tibi muneri mitto eumque Tibi dedico.

Angusti hujus libelli fines commentarium quem vocant perpetuum in Polybii castrorum Romanorum formam me edere prohibuerunt. Itaque seclusis quae levioris momenti essent, in gravioribus tantum rebus versatus sum et in quibus mea ab interpretum sententia recederet.

Inserui huic libello Polybii castrorum Romanorum formae descriptionem, quod ita facilius quid ego sentiam intelligi poterit.

Quum nullam fraudis suspicionem relinqui vellem, de iis locis in quibus ab interpretum sententiis recederem, ipsa interpretum verba me addere debere censui.

Deus Tibi mihique consulat. Vale.

Digitized by Google

Pars. I.

Polybii castrorum Romanorum formæ pars anterior.

Ἔστι δὲ τὸ γένος αὐτῶν τῆς στρατοπεδείας τοιόνδε. Τοῦ κριθέντος ἀεὶ τόπου πρὸς στρατοπεδείαν, τούτου τὸν ἐπιτηδειότατον εἰς σύνοψιν ἅμα καὶ παραγγελίαν ἡ τοῦ στρατηγοῦ σκηνὴ καταλαμβάνει. Τεθείσης δὲ τῆς σημαίας οὗ μέλλουσι πηγνύναι ταύτην, ἀπομετρεῖται πέριξ τῆς σημαίας τετράγωνος τόπος, ὥστε πάσας τὰς πλευρὰς ἑκατὸν ἀπέχειν πόδας τῆς σημαίας, τὸ δ' ἔμβαδον γίνεσθαι τετράπλεθρον.

Τούτου δὲ τοῦ σχήματος ἀεὶ παρὰ μίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευρὰν ἥτις ἂν ἐπιτηδειοτάτη φανῇ πρός τε τὰς ὑδρείας καὶ προνομὰς παραβάλλεται τὰ Ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα τὸν τρόπον τοῦτον. Ἐξ ὑπαρχόντων χιλιάρχων ἐν ἑκάστῳ στρατοπέδῳ κατὰ τὸν ἄρτι λόγον, δυεῖν δὲ στρατοπέδων ὄντων τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀεὶ μεθ' ἑκατέρου τῶν ὑπάτων, φανερὸν ὅτι δώδεκα χιλιάρχους ἀνάγκη συστρατεύειν ἑκατέρῳ τῶν ὑπάτων. Τιθέασι δὴ τὰς τούτων σκηνὰς ἐπὶ μίαν εὐθεῖαν ἁπάσας, ἥτις ἐστὶ παράλληλος τῇ τοῦ τετραγώνου προκριθείσῃ πλευρᾷ. Πεντήκοντα δ' ἀπέχει πόδας ἀπ' αὐτῆς ἵπποις ἅμα δ' ὑποζυγίοις καὶ τῇ λοιπῇ τῶν χιλιάρχων ἀποσκευῇ τόπος. Αἱ δὲ σκηναὶ, τοῦ προειρημένου σχήματος εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμέναι, πήγνυνται πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, ᾗ σοι

Digitized by Google

ἔστω καὶ καλείσθω καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον. Ἀφεστᾶσι δ' ἀλλήλων μὲν ἴσον αἱ τῶν χιλιάρχων σκηναὶ, τοσοῦτον δὲ τόπον ὥστε παρ' ὅλον τὸ πλάτος ἀεὶ τῶν ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων παρήκειν.

,,Ἀπομετρηθέντων δὲ πάλιν ἑκατὸν ποδῶν εἰς τὸ πρόσθεν κατὰ πάσας τὰς σκηνὰς, λοιπὸν ἀπὸ τῆς τοῦτο τὸ πλάτος ὁριζούσης εὐθείας, ἥτις γίνεται παράλληλος ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς ἀπὸ ταύτης ἄρχονται ποιεῖσθαι τὰς τῶν στρατοπέδων παρεμβολὰς, χειρίζοντες τὸν τρόπον τοῦτον. Διχοτομήσαντες τὴν προειρημένην εὐθεῖαν ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ τοὺς ἱππεῖς ἀντίους ἑαυτοῖς ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβάλλουσι, πεντήκοντα διέχοντας πόδας ἀλλήλων, μέσην ποιοῦντες τὴν τομὴν τοῦ διαστήματος. Ἔστι δ' ἥτε τῶν ἱππέων καὶ τῶν πεζῶν σκηνοποιῖα παραπλήσιος. Γίνεται γὰρ τὸ ὅλον σχῆμα καὶ τῆς σημαίας καὶ τῶν ὀυλαμῶν τετράγωνον. Τοῦτο δὲ βλέπει μὲν εἰς τὰς διόδους, ἔχει δὲ τὸ μὲν μῆκος ὡρισμένον, τὸ παρὰ τὴν δίοδον· ἔστι γὰρ ἑκατὸν ποδῶν. Ὡς δ' ἐπιτοπολὺ καὶ τὸ βάθος ἴσον πειρῶνται ποιεῖν, πλὴν τῶν συμμάχων. Ὅταν δὲ τοῖς μείζοσι στρατοπέδοις χρῶνται τὸ κατὰ λόγον καὶ τῷ μήκει καὶ τῷ βάθει προστιθέασι. Γενομένης δὲ τῆς τῶν ἱππέων παρεμβολῆς κατὰ μέσας τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς, οἱονεὶ ῥύμης τινὸς ἐπικαρσίου πρὸς τὴν ἄρτι ῥηθεῖσαν εὐθεῖαν, καὶ τὸν πρὸ τῶν χιλάρχων τόπον, τῷ γὰρ ὄντι ῥύμαις παραπλήσιον ἀποτελεῖται τὸ τῶν διόδων σχῆμα πασῶν, ὡς ἂν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους αἷς μὲν ταγμάτων αἷς δ' ὀυλαμῶν ἐπὶ τὸ μῆκος παρεμβεβληκότων, πλὴν τοῖς προειρημένοις ἱππεῦσιν κατόπιν τοὺς ἐξ ἀμφοτέρων στρατοπέδων τριαρίους κατ' ὀυλαμὸν ἑκάστην σημαίαν ἐν ὁμοίῳ σχήματι τιθέασι, συμψαυόντων μὲν τῶν σχημάτων ἀλλήλοις, βλεπόντων δ' ἔμπαλιν πρὸς τὰς ἐναντίας τοῖς ἱππεῦσιν ἐπιφανείας, ἥμισυ ποιοῦντες τὸ βάθος τοῦ μήκους ἑκάστης σημαίας, τῷ καὶ κατὰ τὸ πλῆθος ἡμίσεις ὡς ἐπίπαν εἶναι τούτους τῶν

Digitized by Google

ἄλλων μερῶν. Διότιπερ ἀνίσων ὄντων πολλάκις τῶν ἀνδρῶν ἰσάζειν ἀεὶ συμβαίνει πάντα τὰ μέρη κατὰ τὸ μῆκος διὰ τὴν τοῦ βάθους διαφοράν. Ἄυθις δὲ πεντήκοντα πόδας ἀφ᾽ἑκατέρων τούτων ἀποστήσαντες, ἀντίους παρεμβάλλουσι τοῖς τριαρίοις τοὺς πρίγκιπας. Νευόντων δὲ καὶ τούτων εἰς τὰ προειρημένα διαστήματα, δύο αὗται πάλιν ἀποτελοῦνται ῥύμαι, τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας λαμβάνουσαι καὶ τὰς εἰσβολὰς ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσιν ἐκ τοῦ πρὸ τῶν χιλιάρχων ἑκατομπόδου διαστήματος, λήγουσαι δὲ πρὸς τὴν κατάντικρυ τῶν χιλιάρχων πλευρὰν τοῦ χάρακος, ἣν ἐξ ἀρχῆς ὑπεθέμεθα κατὰ πρόσωπον εἶναι τοῦ παντὸς σχήματος. Μετὰ δὲ τοὺς πρίγκιπας ὄπισθεν τούτων ὁμοίως ἔμπαλιν βλέποντα συμψαύοντα δὲ τὰ σχήματα τιθέντες τοὺς ἀστάτους παρεμβάλλουσι. Δέκα δὲ σημαίας ἐχόντων ἁπάντων τῶν μερῶν κατὰ τὴν ἐξαρχῆς διαίρεσιν, πάσας ἴσας συμβαίνει γίνεσθαι τὰς ῥύμας καὶ κατὰ τὸ μῆκος, καὶ τὰς ἀποτομὰς ἰσάζειν αὐτῶν τὰ πρὸς τῇ κατὰ τὸ πρόσωπον πλευρᾷ τοῦ χάρακος πρὸς ἣν καὶ τὰς τελευταίας σημαίας ἐπιστρέφοντες στρατοπεδεύουσιν. Ἀπὸ τῶν ἀστάτων πεντήκοντα πάλιν διαλειπόντες πόδας, τοὺς τῶν συμμάχων ἱππεῖς ἀντίους παρεμβάλλουσι τούτοις, ποιούμενοι τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς αὐτῆς εὐθείας καὶ λήγοντες ἐπὶ τὴν αὐτήν. Ἔστι δὲ τὸ πλῆθος τῶν συμμάχων πάρισον τοῖς ῥωμαϊκοῖς στρατοπέδοις, λεῖπον τοῖς ἐπιλέκτοις. Τὸ δὲ τῶν ἱππέων διπλάσιον, ἀφῃρημένου καὶ τούτων τοῦ τρίτου μέρους εἰς τοὺς ἐπιλέκτους. Διὸ καὶ τὸ βάθος αὔξοντες τούτοις πρὸς λόγον ἐν τοῖς στρατοπεδευτικοῖς σχήμασι, πειρῶνται κατὰ τὸ μῆκος ἐξισοῦν τοῖς τῶν ῥωμαίων στρατοπέδοις. Ἀποτελεσθεισῶν δὲ τῶν ἁπασῶν πέντε διόδων, αὖθις εἰς τοὔμπαλιν ἀπεστραμμένας ὁμοίως τοῖς ἱππεῦσι τιθέασι τὰς τῶν συμμαχικῶν πεζῶν σημαίας, αὔξοντες τὸ βάθος πρὸς λόγον, βλεπούσας δὲ πρὸς τὸν χάρακα, καὶ πρὸς τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας ἑκατέρας. Καθ᾽ ἑκάστην δὲ σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ᾽ ἑκατέρου μέρους

Digitized by Google

σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσιν. Ἅμα δὲ τὸν προσεφημένον τρόπον παρεμβάλλοντες καθ' ἕκαστον μέρος τὸν ἕκτον αὐλαμὼν ἀπὸ τοῦ πέμπτου πεντήκοντα πόδας ἀφιστῶσι. Παραπλησίως δὲ καὶ τὰς τῶν πεζῶν τάξεις, ὥστε γίγνεσθαι καὶ ταύτην ἄλλην διὰ μέσων τῶν στρατοπέδων ὁδόν, ἐπικάρσιον μὲν πρὸς τὰς ῥύμας, παράλληλον δὲ ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἣν καλοῦσι πέμπτην, διὰ τὸ παρὰ τὰ πέντε τάγματα παρήκειν.

1.

Quæ pars castrorum frons, quæ tergum appellari debeat, explicatur.

Ἤ σοι ἔστω καὶ καλείσθω καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον. Lipsius ita ad hunc locum scribit: „Id ea causa, quod omnia illuc spectent et intendant. Hac igitur consideratione praetoria porta et quae juxta eam, tergum et posteriora castrorum sunt: decumana et introrsum alia facies et pectus. Diversa inspectio est, cum Tacitus aversa castrorum decumanam appellat: et Livius abs tergo castrorum eam ponit. Nam haec fere semper illi aversa, ita frons censetur pars ei proxima et opposita.“

Schelius vero ita contra Lipsium pugnat: „Putat Lipsius tergum castrorum frontem et contra frontem tergum a Polybio appellari quod omnia illuc spectent et intendant. Quod qui venerit in mentem viro doctissimo nescio: nam in forma Polybiana illa ipsa, quam nobis exhibet in libris de militia, cohortes omnes legionariae sociaeque, praeter decimas ad

Digitized by Google

portam decumanam tendentes, vias intercurrentes et latera castrorum respiciunt. Probabilius Savilius: Polybium docendi causa conversis nominibus frontem appellare quod est tergum; et contra tergum quae est frons castrorum. Sed causam addit minus probabilem, quod in dictatione metationis a praetorio procedat versus decumanam; quasi non eadem ratione ab altera praetorii et scamni tribunorum parte ad portam praetoriam procedat. Sed Polybii praecipua in hoc opusculo cura est, ut tensionem legionum Romanarum doceat, cetera neglegentius exsequitur: itaque a puncto medii praetorii orsus, ad illam castrorum partem quam illae tenent, progreditur, ibique frontem fingit, eo justius, quia in exemplo duarum, metationem etiam quatuor legionum docet, in quarum castris altera harum sit revera frons castrorum." —

Schelii sententiam defendit Scweighaeuserus: „Eam partem castrorum, quam spectant tribunorum tentoria (si nempe cogitatione progrediaris ab area praetorii et ab ejus centro, quod erat primum punctum datum positumque) monet nunc Polybius, et a lectore cogitari debere et a se adpellatum iri frontem (sive anteriorem partem) castrorum: idque iterum monet et signate repetit cap. 29, 7. Nempe ut perspecte docuit Schelius, intelligi debet, hoc nonnisi docendi causa ita poni a scriptore nostro, ea fine, ut faciliori commodiorique opera justam notionem formae castrorum animo informare posset lector: ceterum dum id ita monet Polybius, satis ipse significat eandem partem aliâs non ut frontem castrorum solere cogitari neque ita adpellari. Nempe agitur de ea parte castrorum, quae portam spectat decumanam, quae (in simplicibus quidem castris) poste-

Digitized by Google

rior porta erat, in tergo castrorum, in latere ab hoste averso: cui portae opposita erat in altera parte, quae proprie frons castrorum et habebatur et nominabatur, porta praetoria, haud procul eo loco, quo nunc praetorium ait esse intelligendum. Confer c. 32. 6. 8. et ibi notata."

Vides in eo consentire interpretes, Polybio dici frontem quae aliâs sit tergum castrorum, et contra tergum, quod ab aliis frons appelletur. Sed etiamsi tam constans sit interpretum in hac re sententia doceri tamen posse videtur Livium et Polybium eandem his verbis castrorum partem significare. Nam Polybius X, 9. scribit: „*Ἀφικόμενος δὲ ἑβδομαῖος κατεστρατοπέδευσε κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος τῆς πόλεως. Καὶ περιεβάλλετο κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θαλάττης εἰς θάλαττάν· κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. Αὐτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε.*" Verba: „*κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν*" interpretes de ea parte castrorum intelligunt quae est ab urbe remotior. Et hoc quidem recte. Sed in eo minus recte judicant, quod eam partem a Polybio ideo *τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν* dictam esse statuunt, quod sit ab urbe remotior. Cf. Schelium in Graev. thes. ant. Rom. X, 1151. et interpretes ad Liv. XXVI, 42.

Nam quum apud Polybium *ἡ ἐκτὸς ἐπιφάνεια τῆς στρατοπεδείας* frontem castrorum, sive castrorum eam partem quae est versus portam decumanam, significet, idemque dicat, se *τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν* semper castrorum frontem appellaturum esse — „*Πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, ᾗ σοι ἔστω καὶ καλείσθω καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ τοῦ παντὸς σχήματος κατὰ πρόσωπον.*" Et „*λήγουσαι* (scilicet *ῥύμαι*) *πρὸς τὴν κατάντικρυ τῶν χιλιάρχων πλευρὰν τοῦ χά-*

Digitized by Google

ρακος, ἣν ἐξ ἀρχῆς ὑποθέμεθα κατὰ πρόσωπον εἶναι τοῦ παντὸς σχήματος." Et „καὶ τὰς ἀποτομὰς ἰσάζειν αὐτῶν τὰ πρὸς τῇ κατὰ πρόσωπον πλευρᾷ τοῦ χάρακος πρὸς ἣν καὶ τὰς τελευταίας σημαίας ἐπιστρέφοντες στρατοπεδεύουσι" itemque partem portae decumanae oppositam tergum castrorum nominet: „κατὰ μέσην δὲ τὴν τούτων τῶν ἱππέων παρεμβολὴν, καὶ κατ' αὐτὴν τὴν τοῦ στρατηγίου περίστασιν, δίοδος ἀπολείπεται πεντήκοντα ποδῶν, φέρουσα μὲν ἐπὶ τὴν ὄπισθεν πλευρὰν τῆς στρατοπεδείας τῇ δὲ τάξει πρὸς ὀρθὰς κείμενη τῇ προειρημένῃ πλατείᾳ. Τοῖς δ' ἱππεῦσι τούτοις ἀντίτυποι τίθενται πάλιν οἱ τῶν συμμάχων ἐπίλεκτοι πεζοὶ, βλέποντες πρὸς τὸν χάρακα καὶ τὴν ὄπισθεν ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης στρατοπεδείας." Cf. infra P. II. Polyb. c. R. f. d. — num eum ab hac horum verborum significatione recedere putas et diversam esse eorundem verborum „πρὸς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας" in eodem opere significationem, quum tamen ea semper idem significare se velle auctor dixerit? At si est ἡ ἐκτὸς ἐπιφάνεια frons castrorum, ἡ ἐντὸς ἐπιφάνεια eorum tergum dicetur. Et de hac parte valent Polybii verba: κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. Αὕτη γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν παρεσκεύαζε." In fronte igitur castrorum, sive in ea parte quae erat ab urbe remotior, ductum erat vallum. „Καὶ περιεβάλλετο κατὰ μὲν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν τῆς στρατοπεδείας τάφρον καὶ χάρακα διπλοῦν ἐκ θαλλάτης εἰς θάλατταν." A tergo vero castrorum, sive in parte ea quae propior urbi, nullum vallum erat objectum. Κατὰ δὲ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. Αὕτη γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε." Et: „Τοιαύτης δ' ὑπαρχούσης τῆς διαθέσεως τῶν τόπων ἀσφαλίζεσθαι συνέβαινε τοῖς Ρωμαίοις τὴν στρατοπεδείαν κατὰ τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν ἀκατασκεύως ὑπό τε τῆς λίμνης καὶ τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάτ-

Digitized by Google

ης. Τὸ δὲ μεταξὺ τούτων διάστημα τὸ συνάπτον τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον, ἀχαράκωτον ἄφασε κατὰ μέσην ὑπάρχον τὴν αὐτοῦ στρατοπεδείαν, εἴτε καὶ καταπλήξεως χάριν εἴτε καὶ πρὸς τὴν ἐπιβολὴν ἱερμοζόμενος, ὅπως ἀνεμποδίστους ἔχῃ καὶ τὰς ἐξαγωγὰς καὶ τὰς ἀναχωρήσεις εἰς τὴν παρεμβολήν." De eadem hac parte castrorum, quam Polybius τὴν ἐντὸς ἐπιφάνειαν sive τὴν πρὸς τὴν πόλιν nominat quamque tergum castrorum apud Polybium significare docuimus, scribit Livius: „Castra ab regione urbis qua in septentrionem versa est, posita: his ab tergo (nam natura tuta erant.) nullum vallum objectum." Nonne Livium vertisse vides Polybii haec verba: „Κατεστρατοπέδευσε κατὰ τὸ πρὸς ἄρκτους μέρος τῆς πόλεως." — — Καὶ περιεβάλλετο — — — — — κατὰ τὴν πρὸς τὴν πόλιν ἁπλῶς οὐδέν. Ἀυτὴ γὰρ ἡ τοῦ τόπου φύσις ἱκανὴν ἀσφάλειαν αὐτῷ παρεσκεύαζε."? De eadem hac parte quae est urbi propior sive de tergo castrorum accipiendus est hic Livii locus: Continenti urbem jugum ducentos fere quinquaginta passus patens conjungit. Unde quum tam parvi operis munitio esset, non objecit vallum imperator Romanus: seu fiduciam hosti superbe ostentans, sive ut subeunti saepe ad moenia urbis recursus pateret." Vides igitur Livium atque Polybium iisdem castrorum partibus eadem tribuere nomina. Legitur quidem Livii hic locus in vulgaribus editionibus ita: „Castra ab regione urbis qua in septentrionem versa est, posita: his ab tergo (nam frons natura tuta erat) vallum objectum." Sed Rhenani liber habet tantum: „nullum objectum;" Glarean. vet. lib.: „nullum vallum objectum;" Pal. 2. et Sigonii liber: „nullum vallum objectum;" J. Fr. Gron. libri carent τῷ „frons," deinde habent ut et Sigonii; „erant, nullum val-

Digitized by Google

tum objectum;" Jac. Gron. verba sunt: In scriptis non compa-ret τὸ frons" et: „In mstis est „nam natura tuta erant;" Hearnii L. 1. habet: „his ab tergo (nam natura tuta erant) nullum vallum objectum;" Lovel. 1. et Ber. cum edd. primis habent: „his a (ab) tergo (nam frons natura tuta erat) nullum vallum objectum." Gaertn.: „his a tergo (nam frons natura tuta erat) nullum objectum vallum;" Aldus: „his ab tergo (nam frons natura tuta erat) nullum objectum valhum." Omnes igitur codices, excepto uno Rhenani libro qui habet, „nullum objectum," constanter servant lectionem: „nullum vallum objectum." Cum hac codicum lectione consentiunt editiones primae, nisi quod Gaertn. et Aldus habent: „nullum objectum vallum." Cur non retineatur tot librorum lectio quae si cum Polybio non conveniret, retinenda esset; quanto magis, quum optime hujus ipsius verbis congruat! Nam Livium in vertendo Polybii loco frontem appellasse quod Polybius tergum nominet, et contra tergum quod ille frontem, mihi quidem non facile persuadeo. Retinendam igitur putamus mss. lectionem: „nullum vallum objectum." Quod si retinenda est haec codicum lectio; stare non potest: „nam frons natura tuta erat." Sibi enim invicem contradicunt: „his ab tergo nullum vallum objectum" et: nam frons natura tuta erat." Retinenda igitur et hoc loco codicum plurimorum lectio: „nam natura tuta erant" scilicet castra; ea parte, quam tergum et Polybius et Livius vocant. De eadem vero parte quam Polybius τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, sive frontem castrorum nominat, accipiendus est Livius capite 43.: „Cetera quae munienda erant quum perfecisset." Cur vero Scipio partem quae est propior urbi, sive castrorum tergum, sine vallo

Digitized by Google

reliquerit, Polybius declarabit: „*Κεῖται μὲν οὖν* (scil. Carthago) *τῆς Ἰβερίας κατὰ μέσην τὴν παραλίαν ἐν κόλπῳ νεύοντι πρὸς ἄνεμον Λίβα· οὗ τὸ μὲν βάθος ἐστὶν ὡς εἴκοσι σταδίων, τὸ δὲ πλάτος ἐν ταῖς ἀρχαῖς ὡς δέκα. — — — — — Ἐν δὲ τῷ μυχῷ τοῦ κόλπου πρόκειται χερρόνησίζον ὄρος, ἐφ' οὗ κεῖσθαι συμβαίνει τὴν πόλιν, περιεχομένην θαλάττῃ μὲν ἀπ' ἀνατολῶν καὶ μεσημβρίας, ἀπὸ δὲ τῶν δύσμων λίμνῃ, προσεπιλαμβανούσῃ καὶ τοῦ πρὸς ἄρκτον μέρους, ὥστε τὸν λοιπὸν τόπον μέχρι τῆς ἐπὶ θάτερα θαλάττης ὁς καὶ συνάπτει τὴν πόλιν πρὸς τὴν ἤπειρον μὴ πλέον ὑπάρχειν ἢ δυοῖν σταδίων.* Cf. etiam Livium XXVI, 42. De interpretum sententiis ad hunc locum cf. Drakenborch. ad Liv. l. c.

Quid de duobus aliis Livii locis X, 32 et XXXIV, 47. statuendnm sit infra explicabimus.

Sed nec Tacitus contra Polybium pugnat. Pugnare eum adversus Polybium credunt annalium libro primo capite sexagesimo sexto, ubi ita scribit: „Forte equus abruptis vinculis vagus et clamore territus, quosdam occurrentium obturbavit. Tanta inde consternatio inrupisse Germanos credentium, ut cuncti ruerent ad portas: quarum decumana maxime petebatur, aversa hosti et fugientibus tutior.“ Verba enim: „quarum decumana maxime petebatur aversa hosti et fugientibus tutior.“ non ita capienda sunt, quasi Tacitus, decumanam portam tergum castrorum nominet, sed ita potius, ut portam decumanam, quae est frons castrorum, hosti aversam fuisse dicat. Portam vero decumanam hosti aversam fuisse intelligitur ex Vegetio de re mil. I, 23: „Porta autem quae appellatur praetoria, aut orientem spectare debet, aut illum locum qui hostes respicit.“ Itaque porta decumana ex adverso praetoriae posita aversa erit hosti.

Digitized by Google

Idem etiam apparet ex Polybii et Livii locis quos modo interpretati sumus, idemque ex hoc Polybii loco colligitur: „Τούτου δὲ τοῦ σχήματος, (scil. praetorii) παρὰ μίαν ἐπιφάνειαν καὶ πλευρὰν ἥτις ἂν ἐπιτηδειοτάτη φανῇ πρός τε τὰς ὑδρείας καὶ προνομὰς παραβάλλεται τὰ ῥωμαϊκὰ στρατόπεδα τὸν τρόπον τοῦτον.“ Hoc praetorii latus, quemadmodum ex tota Polybii castrorum descriptione est intelligere, respicit portam decumanam. Nec vero credimus per portam hosti adversam emissos esse milites aquatum frumentatumque.

Eodem modo quo Taciti locum I, 66 interpretati sumus etiam explicari debet Liv. XXIV, 17, 3. XXVI, 40, 11. XXXI, 42, 6. XXII, 24, 8. In duobus posterioribus locis variant codd. Alii habent aversam, alii adversam, alii aversa, alii adversa. Quae utraeque voces saepissime a librariis permutatae sunt. Cf. intpp. ad Liv. II, 31, 6. Eodem modo explicandus est Velleji Paterculi locus II, 63.

Sed etiamsi hanc castrorum partem hosti aversam fuisse etiam ex Polybii verbis colligitur, non ideo tamen eam tergum castrorum, sed frontem castrorum nominavit. Nam diversae castrorum partes non ab aliis locis rebusque quae extra castra sunt, nomen accipiunt, sed castra Romana per se spectantur et in castris ipsis quaerenda est ratio unde diversae castrorum partes nomen suum acceperint. De qua quidem re nos ita statuimus:

Polybium finxisse frontem quod revera tergum sit, et rerum vocabulis ita mutatis sui ipsius temporis homines in errorem induxisse nec rationi nec diligentiae Polybii videtur congruere. Nec illa valet ratio, qua conjuncta quatuor legionum castra Polybium cogitasse Schelius sumit. Infra enim docebi-

Digitized by Google

mus Polybium in hac castrorum descriptione ad simplicia tantum castra respicere.

Sed nec Schweighaeuseri rationibus Schelii sententia firmabitur. Nam quod Polybius partem praetorio oppositam se frontem castrorum appellaturum esse dicat, idque signate etiam repetat, eo significasse videtur Schweighaeusero Polybius eandem partem aliâs non ut frontem castrorum solere cogitari neque ita adpellari. Sed si haec esset horum verborum sententia nonne Polybium quaedam addidisse credis quibus indicaret aliâs non ita vocari illam partem? Quare nos ideo Polybium haec verba addidisse arbitramur, ut lectorem moneret tenendam esse hanc frontis castrorum appellationem et quid ea significet. Justam enim castrorum Polybii notionem non accipiet quisquam, nisi teneat hanc castrorum partium appellationem et quid ea significet. Sed ut Polybius rerum vocabula mutaverit, id tamen consecutus non est, ut lector faciliori commodiorique opera justam notionem formae castrorum animo sibi informare posset. Nam si Polybius scripsisset: *Ἤ σοι ἔξω καὶ καλείσθω καθάπαξ ἡμῖν ἀεὶ τοῦ παντὸς σχήματος ἡ ὄπισθεν ἐπιφάνεια*, aeque facile et doceri et intelligi poterant omnia. — — Quare haec est nostra de hac re sententia: Quum Romanae legiones et major pars sociorum in ea praetorii parte quae est versus portam decumanam tetenderint, et tam milites via recta ad imperatorem quam hunc ad milites ivisse credendum sit, fores praetorii versus portam decumanam fuisse arbitramur. Itaque eam castrorum partem in quam spectat praetorium, castrorum frontem nominatam fuisse, Polybiumque eam ita nominasse statuimus, quum

Digitized by Google

Polybius in ponendis castris praetorii primum locum designari et ad ejus situm omnia reliqua castra adcommodari dicat.

2.

Quot ordinibus manipuli tetenderint explicatur.

Ἔχει δ' ἥτε τῶν ἱππέων καὶ πεζῶν σκηνοποιία παραπλήσιος. Schelius ad hunc locum ita scribit: „Lipsius duodecim papiliones tetendisse manipulum vult, quorum singuli acceperint undecim homines vel decem cum decano ex praescripto Vegetii, quem numerum pro ipsa area non esse ineptum ut terni et terni s teterint ordine quaterno: ipsos autem centuriones in capite cujusque manipuli sitos, reliquos adsitos probabile esse ut aetas aut dignitas cujusque esset.“ „Sed profecto non bene posuit calculum, si undecim homines hac ratione vult esse in contubernio: duodecim enim tabernacula non capient centum viginti sed centum triginta duos homines. Ac ne demtis quidem de hoc numero duobus tabernaculis quae centurionibus tribuas numerus conveniet; reliquis enim decem, centum undecim homines tantum capientur. Credo igitur velle virum doctissimum decem homines in eodem contubernio esse: ita duodecim tentoria tegant justissime centum viginti milites, ad horum exitum supra hunc numerum duo sint centurionum tabernacula. Area ipsa quadrata pedum centum per centum commode dividitur in sedecim minores XXV pedum per XXV. Quarum si et duode-

Digitized by Google

cim militi adsignaveris, reliquae erunt quatuor, vel duae duplices duobus centurionibus in hunc modum:

* * *
* * * *
* * *
* * * *

Ex quinque his et viginti pedibus, cum pars jumentis, pars armis, pars semitis danda sit, vix laxius Hyginianis ista poterunt disponi: nisi quod inter singula tentoria aliquanto plus spatii. Nam si papilioni decem, jumentis novem, viae sex pedes dederis, habebis viginti quinque, superest ut ad latus cujnsque tentorii arma fuerint posita, non post illud, quibus tredecim pedes erunt, id est septem supra modum Hyginianum; sed ista ratione ab illa parte quoque semitae nonnihil fuerit. Quod si manipulum uno ordine et omnes ad vias intercurrentes tendere velis, haud paulo grandiora contubernia et tabernacula in latitudine areae (latitudinem appello a via ad aream contiguam) longiora oportet facias, qualis est fere domuum species usu non improbata. Erunt fortassis etiam, quibus ab Hyginiano modo non abhorrere videatur, manipulum duobus ordinibus collocari, ordini quinquaginta pedes latitudinis adsignari, ut Hyginus triginta. Ita dimidiatus manipulus sub uno centurione, uno ordine tendere poterit. Da enim duodecim pedes aut paulo plus tentoriis, quae capiant decem homines, sex tentoria miles accipiet, et duorum spacium relinquetur centurioni, ut apud Hyginum. Possit hunc modum probabilem facere, quod dimidiatus manipulus jam olim ordo dictus. Quid? nisi quod uno ordine tenderent in castris. Nam in acie hoc sensn, quo ordo pro una

Digitized by Google

serie accipitur neque ordo neque manipulus uno ordine instruitur, sed pluribus. Si in hoc vocabulo unum corpus intelligeres, in manipulum quidem quadraret integrum, non autem in dimidiatum; manipulatim enim ordinabantur. A locatione igitur in castris ordo dici videtur. Illud quidem dixerim unum ex his tribus generibus recipiendum, quando triariis dimidium numerum habentibus, dimidiam pedaturam adsignat: unde conjicimus nec tribus nec quinque ordinibus tendere, quod ista pedatura dimidium non capiat ordinum. Sed quid haeremus in his ubi viam non praeiverunt antiqui?"

Sed haereamus et videamus num antiquorum vestigiis insistentes ad verum pervenire possimus. Eo enim modo quo Schelius Lipsium manipulorum tentoria collocasse putat, ea collocari non potuisse perspicitur. Tollitur enim, si ita manipulorum tentoria collocantur, conspirans illa consentiensque sibi castrorum ordinandorum ratio. Nam apud triarios quorum pedatura 100 pedes longa et 50 tantum lata est, alium centurionibus locum dare debes. Non enim ante reliquorum tentoria collocari poterunt, quum duo tentoriorum ordines quinquaginta pedum spatium occupent. Nec porro video cur Schelius in reliquis omnibus Hyginum sequatur et in hac re sola ab eo recedat, quod arma in latere tentoriorum posita fuerint. —

Sed nec altera illa ratio manipulorum collocandorum placere potest, qua uno ordine totus manipulus tetenderit. Nam quum triariorum pedatura eadem longitudine fuerit qua pedatura principum et hastatorum, perpulcra illa aequalitate sublata, aut inter ipsorum tentoria intervalla quaedam relinquenda sunt quae desunt inter tentoria reliquorum, aut augenda est tento-

Digitized by Google

riorum magnitudo, ita ut triariorum tentoria ipso semper tentorii spatio quod sit apud principes et hastatos, horum tentoria superent. Quod si sumitur majus esse necesse est spatium quod post principum et hastatorum tentoria relinquitur pro ratione spatii triariorum. Quam inaequalitatem si tollere velis principum et hastatorum tentoria latiora oportet facias. Quod nemini facile placebit.

Sed tertiae etiam Schelii de hoc loco sententiae, quamquam per se satis firmae, parum stabili tamen solo fundamentum jactum videbis. Cur enim ordo unum corpus integrum non possit significare, quum manipulus vere in duas partes divisus fuerit et utrique centurio praepositus? Polybius scribit: „Ἐξ ἑκάστου δὲ τῶν προειρημένων γενῶν (hastatos principes et triarios intelligit) πλὴν τῶν νεωτάτων ἐξέλεξαν ταξιάρχους ἀριστίνδην δέκα. Μετὰ δὲ τούτους, ἑτέραν ἐκλογὴν ἄλλων δέκα ποιοῦνται. Καὶ τούτους μὲν ἅπαντας προσηγόρευσαν ταξιάρχους. Προσεκλέγονται δ' οὗτοι πάλιν τοὺς ἴσους οὐραγούς. Ἑξῆς δὲ τούτοις μετὰ τῶν ταξιαρχῶν διεῖλον τὰς ἡλικίας ἑκάστην εἰς δέκα μέρη πλὴν τῶν γροσφομάχων, καὶ προσένειμαν ἑκάστῳ μέρει τῶν ἐκλεχθέντων ἀνδρῶν δύο ἡγεμόνας καὶ δύο οὐραγούς. — — Καὶ τὸ μὲν μέρος ἕκαστον ἐκάλεσαν καὶ τάγμα, καὶ σπεῖραν καὶ σημαίαν, τοὺς δὲ ἡγεμόνας χεντουρίωνας καὶ ταξιάρχους. Ὁ μὲν πρῶτος αἱρεθεὶς, ἡγεῖται τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας· ὁ δὲ δεύτερος τῶν εὐωνύμων ἀνδρῶν τῆς σημαίας ἔχει τὴν ἡγεμονίαν.“ —

Haec ipsa tamen manipulorum in duos ordines divisio quorum utrisque unus centurio praeerat ad verum nos ducere posse videtur. Nam scribit Polybius: „Καθ' ἑκάστην δὲ σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ' ἑκατέρου μέρους σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσι.“ Schelius ad hunc locum: „Prima hinc et inde vel ab utraque parte

Digitized by Google

tentoria centuriones ait occupare. Sed quid vocet utramque partem non admodum perspicuum est. An dextra et sinistra, puta prioris centuriae primum hastatum ad principia secundae centuriae juxta hastatum? An a fronte alter est ad viam, alter a tergo proxime pedaturam contigui et aversi manipuli? An vero hinc inde in duabus areis oppositis ad viam vult tendere centuriones? Praeterea in eodem ordine, quo milites, an extra ordinem? Deinde an eadem pedatura an ampliori."

Sed quum supra docuerimus non tetendisse manipulum uno ordine, nec centuriones in principio centuriae suae, cum altera eodem ordine collocatae, stetisse certum est. Primum tamen locum in dextra parte quem semper tenent (nam scribit Polybius: „*Ὁ πρῶτος αἱρεθεὶς* (scil. centurio) *ἡγεῖται τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας, ὁ δὲ δεύτερος τῶν εὐωνύμων ἀνδρῶν τῆς σημαίας ἔχει τὴν ἡγεμονίαν*" et utrisque addit *οὐραγοὺς*) etiam in castris eos retinuisse credimus.

Nec porro alterius centurionis tentorium a fronte ad viam, alterius a tergo proxime pedaturam contigui et aversi manipuli fuisse videtur. Qui enim dici potest *τὰς πρώτας σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσι* si alter centurio *τὴν ἐσχάτην* a tergo habebat? Nec facile cuiquam verosimile videbitur reliquisse centurionem locum suum in principio militum imperio ejus parentium, eumque separatum a ceteris et quasi desolatum tetendisse.

Si vero de diversarum arearum centurionum tentoriis, quae ad vias callocata fuerint, hoc loco loquitur Polybius, cur scribit: „*Καθ' ἑκάστην σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ' ἑκατέρου μέρους σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσι*" — in

Digitized by Google

utraque uniuscujusque manipuli parte centuriones prima tentoria accipiunt?

Quare quum manipulus in duas partes divisus fuerit, nec aptius quidquam esse possit, quam eundem in castris retinere locum centuriones, quem in acie, quem in itinere occupant; verborum: „*Καθ' ἑκάστην δὲ σημαίαν τὰς πρώτας ἀφ' ἑκατέρου μέρους σκηνὰς οἱ ταξίαρχοι λαμβάνουσι.*" hunc esse sensum arbitramur: In unoquoque manipulo prima tentoria in utraque parte (scilicet *τῆς σημαίας*) centuriones accipiunt. Nam et aliis locis Polybius dimidium manipuli *μέρος* appellat: „*Ὁ μὲν πρῶτος αἱρεθεὶς ἡγεῖται τοῦ δεξιοῦ μέρους τῆς σπείρας*" ct. Duobus igitur ordinibus manipuli tetendisse videntur. Nam cur nec uno, nec tribus, nec quinque ordinibus manipulus tetendisse videatur, nec ita quemadmodum Schelius Lipsium vult collocare manipulorum tentoria, jam antea dictum est. Si vero manipulum quatuor ordinibus tetendisse dicis et haec verba ita intelligis, ut prima quidem ex utraque manipuli parte tentoria centurionibus tribuas, sed alterum in principio primi ordinis, alterum in principio tertii ordinis colloces, tum primus et tertius tentoriorum ordo secundum et quartum ordinem uno tentorio superabit, nec servabitur manipulorum in duas partes divisio, nec ordo ille quem in itinere et acie observatum esse videmus, quo in dextra parte militum suorum uno ordine collocatorum rem gessisse diximus centurionem. Quare in castris idem observatum fuisse credendum est, quo si repentinus hostium impetus fieret, facilius acies extrui et in hostem duci posset. Si vero sex eum ordinibus tetendisse statuis, eadem haec requiro.

Digitized by Google

Duobus igitur manipulum ordinibus tetendisse judicamus eaque sententia etiam iis probatur quae apud Polybium de manipulorum pedatura leguntur. Triariis enim sexaginta, pedaturam 50 pedes latam et 100 pedes longam adsignat. Quod si igitur 120 hastatos et principes in duas partes diviseris sexaginta principum et hastatorum pedatura eadem longitudine et latitudine erit qua sexaginta triariorum. Huc accedit quod etiam Hygini tempore duobus ordinibus manipulus tetendit. Cf. Hygin. de castrametat. init.

3.

Qua ratione auctum fuerit spatium in quo tendebant manipuli, aucto militum numero, explicatur.

Ὅταν δὲ τοῖς μείζοσι στρατοπέδοις χρῶνται τὸ κατὰ λόγον καὶ τῷ μήκει καὶ τῷ βάθει προστιθέασι." Patricius in hunc locum ita disputat: „Equitibus trecentis unius legionis, decem spacia assignabantur, paris inter se latitudinis et longitudinis, i. e. longa pedes centenos juxta viam mediam totidemque lata. Hinc universa illorum area comprehendit decies mille pedes quadratos." — — — „Quod si vero in una legione essent equites quadringenti, longitudinem cujusque pedaturae, quae erat pedum centenum, tertia parte augeri oportebat, quoniam et centum illi equites adjecti erant tertia,

Digitized by Google

πον" non solum alterius consulis castra excluduntur, sed descripsisse etiam Polybium praetorii situm in simplicibus castris perspicitur. — Ipsa vero τῆς τῶν στρατοπέδων παρεμβολῆς descriptio sententiam nostram firmat: „Διχοτομήσαντες τὴν προειρημένην εὐθεῖαν ἀπὸ τούτου τοῦ σημείου πρὸς ὀρθὰς τῇ γραμμῇ τοὺς ἱππεῖς ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβάλλουσι, πεντήκοντα διέχοντας πόδας ἀλλήλων, μέσην ποιοῦντες τὴν τομὴν τοῦ διαστήματος." Verba enim: „τοὺς ἱππεῖς ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβάλλουσι" de duabus illis legionibus uni consuli additis Polybium loqui ostendunt. Porro equitum utriusque legionis pedaturas quinquaginta pedes distare scribit Polybius. Sed ducentos quinquaginta pedes necessario distabunt, si praetorium iis medium interseritur. Si vero praetorium, etiam equites ἀπόλεκτοι peditesque interserendi sunt. Nam scribit Polybius: Ἀπὸ τῆς ἐφ' ἑκάτερα τελευταίας τῶν χιλιάρχων σκηνῆς κατόπιν οἷον ἐπικάμπιον ἔχοντες τάξιν πρὸς τὰς σκηνάς, οἱ τῶν ἐπιλέκτων ἱππέων ἀπόλεκτοι καί τινες τῶν ἠθελοντηδὸν στρατευομένων τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι" tendunt, statimque addit: „ὡς δ' ἐπὶ τὸ πολὺ συμβαίνει τούτοις μὴ μόνον στρατοπεδεύειν σύνεγγυς τῶν ὑπάτων ἀλλὰ καὶ ct." iisque paulo infra adnumerat: τοὺς τὴν παραπλήσιον χρείαν παρεχομένους πεζοὺς τοῖς προειρημένοις ἱππεῦσι." Augendum est igitur spatium illud ducentorum quinquaginta pedum quod inter utriusque legionis equites, si Schelii sententiam sequimur, relinquendum est, et ne adest quidem via qua per media castra transiri possit. Quod si autem ἀπόλεκτοι etiam interserantur legionibus, non video qui Schelius alium Polybii locum explicare possit, quo in simplicibus castris reliqua eadem manere dicit, nisi quod forum, praetorium et quaestorium in medio duarum legionum collocentur. „Ὅταν δὲ

Digitized by Google

χωρὶς τ' ἄλλα μὲν ὡσαύτως, τὴν δ' ἀγοραὶν καὶ τὸ παμπόλιον καὶ τὸ στρατήγιον μέσον τιθέασι τῶν δυεῖν στρατοπέδων." Quaero enim num reliqua eadem maneant si tollitur via quae inter equites per media castra transit, quinquaginta pedes lata; si augetur spatium quo utrarumque legionum equites inter se distant; si ἀπόλεκτοι legionibus interseruntur? Aliam vero, quam hic locus gignit difficultatem ita tollere conatur Schelius: „Sed et in eo a Polybii mente positio haec praetorii inter duas legiones abire videtur, quod tota castra non quadrata aequilatera, sed duoentis minimum pedibus latiora quam longiora fiant. Sed cum longitudinem praetenturae parum accurate definiverit, nec satis ostenderit an cum intervallo quod est ad portam, an vero absque eo castra haec dimidiata vel simplicia quadrata sint, ne hoc quidem pro certo dici potest. Si enim absque intervallo ea jam est castrorum forma, interposito praetorio et adjecto intervallo habebis iterum justum quadratum." — Quid? Non dixit Polybius utrum cum intervallo quod est ad portam praetoriam, an sine eo castra simplicia quadrata sint aequilatera? *Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα γίνεται τῆς στρατοπεδείας τετράγωνον ἰσόπλευρον* scribit et statim addit: *Τὸν δὲ χάρακα τῶν σκηνῶν ἀφιστᾶσι κατὰ πάσας τὰς ἐπιφανείας διακοσίους πόδας*," idque dicit nulla adhuc conjunctorum castrorum mentione facta. Itaque hic etiam locus de simplicibus castris intelligendus est, nec referre posse hanc castrorum descriptionem ad duplicia castra perspicitur.

Idem significant verba: *Πλὴν τοῖς προειρημένοις ἱππεῦσιν κατόπιν τοὺς ἐξ ἀμφοτέρων στρατοπέδων τριαρίους κατ' αὐλαμὸν ἑκάστην σημαίαν ἐν ὁμοίῳ σχήματι τιθέασι.* Nonne Polybius si ad duo

Digitized by Google

conjuncta consulum castra respexisset dicere debuisset: τοὺς ἐκ δύο στρατοπέδων τριαρίους; Nam ἀμφότερα στρατόπεδα sunt utraeque illae legiones quibus unus consul praeerat. Referendus igitur hic etiam locus ad simplicia castra.

Quum autem in sequentibus scribat Polybius: Τοῖς δ' ἱππεῦσι τούτοις ἀντίτυποι τίθενται πάλιν οἱ τῶν συμμάχων ἐπίλεκτοι πεζοὶ βλέποντες πρὸς τὸν χάρακα καὶ τὴν ὄπισθεν ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης στρατοπεδείας" et ἡ ὄπισθεν ἐπιφάνεια sit opposita τῷ τῆς ὅλης στρατοπεδείας προσώπῳ, sive lateri quod est ad portam decumanam, eadem autem qua cohaerent conjuncta utriusque consulis castra, — Πάντων δὲ τῶν τεττάρων στρατοπέδων, καὶ τῶν ὑπάτων ἀμφοτέρων εἰς ἕνα χάρακα συναθροισθέντων, οὐδὲν ἕτερον δεῖ νοεῖν, πλὴν δύο στρατείας κατὰ τὸν ἄρτι λόγον παρεμβεβληκυίας ἀντεστραμμένας αὐταῖς συνηρμόσθαι, συναπτούσας κατὰ τὰς τῶν ἐπιλέκτων ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβολάς" — num dubitari potest in hac castrorum descriptione non respexisse Polybium ad castra duplicia? In conjunctis enim castris ea parte qua cohaerebant, vallum esse non poterat. Sic enim non conjuncta sed disjuncta fuissent. Quum igitur Polybius τοὺς ἐπιλέκτους πρὸς τὸν χάρακα respicere dicat, et verba: πρὸς τὴν ὄπισθεν ἐπιφάνειαν τῆς ὅλης στρατοπεδείας, de totorum castrorum tergo intelligenda sint, et ita duplicia castra excludantur, in praecedenti omni castrorum descriptione duplicium castrorum nullam omnino rationem videtur habuisse.

Verba: Τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα γίνεται τῆς στρατοπεδείας τετράγωνον ἰσόπλευρον· τὰ δὲ κατὰ μέρος ἤδη τῆς τε ῥυμοτομίας ἐν αὐτῇ, καὶ τῆς ἄλλης οἰκονομίας πόλει παραπλήσιον ἔχει τὴν διάθεσιν." satis docent perfectam videri Polybio castro-

Digitized by Google

rum descriptionem. Quare, quum castra conjuncta non sint quadrata aequilatera, sed oblonga — "Ὅτε δὴ συμβαίνει γίνεσθαι τὰ μὲν σχῆμα παραμῆκες, τὸ δὲ χωρίον διπλάσιον τοῦ πρόσθεν τὴν δὲ περίμετρον ἡμιόλιον." non solum hunc locum ad simplicia castra respicere apparet sed omnem etiam quae praecessit, castrorum descriptionem. Quod si ita est, verbis: τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα γίνεται τῆς στρατοπεδείας τετράγωνον ἰσόπλευρον" aperte excluduntur alterius consulis castra. Nam si eorum etiam rationem haberet, dicere non poterat: τὸ μὲν σύμπαν σχῆμα." Revera autem Polybio perfectam videri castrorum descriptionem etiam sequentibus verbis probatur: "Τὸν δὲ χάρακα τῶν σκηνῶν ἀφιστᾶσι κατὰ πάσας τὰς ἐπιφανείας διακοσίους πόδας." Nihil enim praeterea superest, quam ut, perfecta castrorum descriptione, valli positio explicetur. Scribit autem haec Polybius conjunctorum castrorum ne mentione quidem facta.

Idem declaratur verbis mox sequentibus: "Δεδομένου δὲ τοῦ πλήθους, καὶ τῶν πεζῶν καὶ τῶν ἱππέων καθ' ἑκατέραν τὴν πρόθεσιν, ἄν τε τετρακισχιλίους ἄν τε πεντακισχιλίους εἰς ἕκαστον στρατόπεδον ποιῶσι· παραπλησίως δὲ καὶ τῶν σημείων τοῦ τε βάθους καὶ τοῦ μήκους καὶ τοῦ πλήθους δεδομένου· πρὸς δὲ τούτοις τῶν κατὰ τὰς διόδους καὶ πλατείας διαστημάτων· συμβαίνει τοῖς βουλομένοις συνεφιστάνειν καὶ τοῦ χωρίου τὸ μέγεθος καὶ τὴν ὅλην περίμετρον τῆς παρεμβολῆς." Nisi enim perfecta castrorum descriptione, nec χωρίου μέγεθος nec ὅλη περίμετρος τῆς παρεμβολῆς inveniri potest. Quum autem nullam conjunctorum castrorum adhuc mentionem fecerit Polybius, ad simplicia castra ea verba referenda esse patet. Excluduntur praeterea alterius consulis castra verbis: τὴν ὅλην περίμετρον τῆς παρεμβολῆς.

Nunc demum Polybius explicare incipit, quid tum fiat si

Digitized by Google

sociorum numerus auctus fuerit dicitque: „τοῖς μὲν ἐκ τοῦ καιροῦ πρὸς τοῖς προειρημένοις καὶ τοὺς παρὰ τὸ στρατήγιον ἀναπληροῦσι τόπους, τὴν ἀγορὰν καὶ τὸ ταμιεῖον συναγαγόντες εἰς αὐτὸν τὸν κατεπείγοντα πρὸς τὴν χρείαν τόπον. Τοῖς δ' ἐξ ἀρχῆς συνεκπορευομένοις, ἐὰν ᾖ πλῆθος ἱκανώτερον, ῥύμην μίαν ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους τῶν ῥωμαϊκῶν στρατοπέδων πρὸς ταῖς ὑπαρχούσαις παρὰ τὰς ἐκ τῶν πλαγίων ἐπιφανείας παρατιθέασι.“ Nondum loquitur de conjunctis duorum consulum castris neque adhuc dixit „τὴν δ' ἀγορὰν καὶ τὸ ταμιεῖον καὶ τὸ στρατήγιον μέσον τιθέασι τῶν δυεῖν στρατοπέδων.“ Et tamen Polybium, conjunctorum castrorum nulla adhuc mentione facta, describere credis quid fiat si in conjunctis castris sociorum numerus augeatur, oblitum se adhuc de simplicibus tantum castris disseruisse neque dixisse qui locus in simplicibus castris, aucto sociorum numero dari debeat? Nam in simplicibus castris, si Schelii de praetorii loco sententiam sequimur non transferri poterat quaestorium in alterum praetorii latus, ita ut eundem locum occuparet quem forum, quum secundum Schelium in eodem praetorii latere jam fuerint forum et quaestorium. Quibus omnibus quum nobis docuisse videamur, Polybii castra de quibus adhuc egimus, esse castra simplicia, in iisdem castris simplicibus poni praetorium a fronte tribunorum legionumque, non amplius dubitari poterit.

Nunc demum absoluta omni castrorum descriptione de conjunctis duorum consulum castris loquitur: „Πάντων δὲ τεττάρων στρατοπέδων εἰς ἕνα χάρακα συναθροισθέντων, οὐδὲν ἕτερον δεῖ νοεῖν, πλὴν δύο στρατείας κατὰ τὸν ἄρτι λόγον παρεμβεβληκυίας ἀντετεταγμένας αὐταῖς συνηρμόσθαι, συναπτούσας κατὰ τὰς τῶν ἐπιλέ-

Digitized by Google

κτῶν ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου παρεμβαλάς." Nonne hunc horum verborum sensum esse arbitraris: Quae adhuc dixi de simplicibus castris valent, si vero quatuor legiones in eadem castra congregantur, tum nihil aliud cogitare debes, quam duo simplicia castra conjuncta.

Praeterea rationi magis consentaneum est describere Polybium simplicia primum castra per se, praesertim quum admodum raro duorum consulum castra conjungerentur, („*καὶ τοὺς μὲν πλείστους ἀγῶνας δι'ἑνὸς ὑπάτου καὶ δύο στρατοπέδων καὶ τοῦ προειρημένου πλήθους τῶν συμμάχων κρίνουσι*") et tum demum de conjunctis eum castris dicere.

Concedit porro Schelius in duplicibus castris eum fuisse praetorii locum quem nos ei dandum esse declaravimus, et tamen aequalitate sublata alium ei in unius consulis castris tribuit.

Idem Schelius ut nudum praetenturae spatium repleat, ad valetudinarium, veterinarium fabricamque confugit, quum earum tamen rerum nullam omnino Polybius mentionem faciat, nec ea fuisse videantur Polybii tempore.

Si porro Polybius revera in describendis castris ad conjuncta castra respexerit, cui credibile videatur nullam ab eo in castrorum descriptionis initio hujus rei mentionem esse factam?

At quemadmodum inquies verba quibus Schelii sententia nititur explicabis? *Ὅταν δὲ χωρὶς, τ' ἄλλα μὲν ὡσαύτως, τὴν δ' ἀγορὰν, καὶ τὸ ταμιεῖον καὶ τὸ στρατήγιον μέσον τιθέασι τῶν δυεῖν στρατοπέδων.*

Pro voce „*μέσον*" legimus „*κατὰ μέτωπον*," et has voces ab imperito librario in *μέσον* mutatas esse suspicamur, quod recordaretur eam partem

Digitized by Google

castrorum in qua praetorium collocatur τὴν ὀπισθεν ἐπιφάνειαν a Polybio appellari. Non cogitabat autem, non respicere Polybium hoc loco ad diversas castrorum partes earumque nomina, sed ad legiones tantum in quarum fronte positum erat praetorium. Legendum autem ita, omnibus iis quae praemisimus docuisse nobis videmur.

B.

Sed nec reliqua veterum loca quae Lipsius aliique attulerunt sententiae nostrae adversantur. Itaque eum primum locum, explicabimus quo interpretum sententia maxime defendi posse videtur.

„Ad quatuor portas exercitum instruxit, ut signo dato, simul ex omnibus partibus eruptionem facerent. Quatuor extraordinariis cohortibus duas adjunxit, praeposito M. Valerio legato: erumpere extraordinaria porta jussit. Ad dexteram principalem hastatos legionis primae instruxit; principes ex eadem legione in subsidiis posuit: M. Servilius et L. Sulpicius his praepositi. Tertia legio adversus principalem sinistram portam instructa est. Id tantum mutatum principes primi et hastati in subsidiis locati: Sex: Julius Caesar et L. Aurelius Cotta, huic legioni praepositi sunt. Q. Fulvius Flaccus cum dextera ala ad quaestoriam portam positus: duae cohortes et triarii duarum legionum in praesidio castrorum manere jussi.“ Cf. Livium XL, 27.

Lipsius ad hunc locum ita scribit: „Sed et quaestoriam portam idem nominat et ponit a praetoria longe, ut cum de L. Aemilio qui suos instruit in castris adversus Ligures. Is M.

Digitized by Google

Valerium erumpere extraordinaria porta jussit: ad dexteram principalem hastatos legionis primae instruxit: tertia legio adversus sinistram principalem; Q. Fulvius Flaccus cum dextera ala ad quaestoriam portam positus. Pressius haec considera. Ad quatuor portas exercitum instruxit, et orsus ab extraordinaria (ea est praetoria) ad utramque principalem et tum quaestoriam descendit. Quae haec esse potest nisi decumana ipsa? sic dicta scilicet quia quaestorio vicina." Cf. Lips. de milit. Rom. V, 3.

Disponit hoc loco Livius unius consulis exercitum, i. e. duas legiones cum equitibus suis et sociis. Cur igitur non dicit Polybius ubi equites legionum collocati fuerint? cur dexteram tantum alam (sociorum) ad quaestoriam portam ponit, et ne verbo quidem monet ubi sinistra equitum ala et extraordinarii equites positi fuerint? Cur non dicit ubi steterint reliquae sociorum cohortes, quarum duae extraordinariis quatuor cohortibus adjiciuntur, duae apud triarios in praesidio castrorum manere jubentur?

Quas omnes difficultates ita tolli posse arbitramur. Livius facile quemvis colligere judicans legionibus suis additos fuisse equites, quum praesertim dicat: „tertia legio adversus principalem sinistram instructa est" disertis id verbis explicare minime nesessarium putavit. Eodem modo equites extraordinarios peditibus extraordinariis additos fuisse arbitramur. Dextram alam apud portam extraordinariam dispositam fuisse judicamus, eandemque putamus portam extraordinariam quaestoriamque. In eadem enim castrorum parte nec multum distantibus locis in Polybii castris extraordinarii tendebant et quaestores. Omnes reliquas

Digitized by Google

sociorum cohortes et sinistram alam ad portam decumanam transferimus. Ita duae portae traduntur legionibus, itemque duae sociis, quorum numerus, quemadmodum antea vidimus fere par erat legionum numero. Et aequaliter ita omnia distribuuntur. Sociorum enim in porta extraordinaria collocatorum numerus superat equite, vincitur pedite. Sociorum vero in porta decumana collocatorum numerus superat pedite, vincitur equite. In porta extraordinaria collocantur $\frac{4}{3}$ equitum et $\frac{3}{5}$ peditum. In porta decumana collocantur $\frac{2}{3}$ equitum et $\frac{6}{5}$ peditum. Nam dicit Polybius: „Ἐκ δὲ τούτων (socios intelligit) λαμβάνουσιν τῶν μὲν ἱππέων εἰς τοὺς ἐπιλέκτους ἐπιεικῶς τὸ τρίτον μέρος τῶν δὲ πεζῶν τὸ πέμπτον. Ita haec efficitur proportio $\frac{2}{3} : \frac{4}{3} = \frac{3}{5} : \frac{6}{5}$. Cur tamen, inquies, non commemoravit Livius ubi sinistra equitum ala et reliquae sociorum cohortes dispositae fuerint? Id ideo factum esse arbitramur, quod singulis exercitus partibus in tribus portis dispositis facile intelligi poterat, omnes reliquos, praeter triarios et cohortes illas duas in praesidio castrorum relictas, ad quartam portam s. decumanam, collocatos fuisse. Nam illius temporis rationem habere non poterat Livius, quo eandem esse portam extraordinariam et quaestoriam nesciretur.

C.

Nec porro alio Livii loco firmari videtur interpretum sententia.

Cf. Liv. X, 32: „Ab tergo castrorum porta decumana impetus factus itaque captum quaestorium: quaestorque ibi L. Opimius Pansa occisus.“ Nam si is est praetorii locus quem Sche-

Digitized by Google

lius ei tribuit, quomodo haec Livii verba explicabis: „Consul, tumultu excitus, cohortes duas sociorum, Lucanam Suessanamque, quae proximae forte erant, tueri praetorium jubet: manipulos legionum principali via inducit.“ Nam quum cohortes extraordinariae in praetentura, reliqui vero sociorum in castrorum lateribus tenderent, non facile intelligitur, qui acciderit, ut duae hae sociorum cohortes prope praetorium essent, si quidem legionibus interjectum erat praetorium in via quae est in rigore portae decumanae. Si vero custodias apud praetorium eas egisse suspicaris contra te facit Polybius qui scribit: „*μία δὲ ἐξ ἁπασῶν καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρακοιτεῖ*“ itemque Cicero apud quem Verres quaestor Cn. Carbonis consulis in referendis rationibus unius tantum praetoriae cohortis mentionem facit. „Dedi stipendio, frumento, legatis, proquaestoribus, cohorti praetoriae“ Cf. Verr. I, 14. Iam vero si a porta decumana impetus factus esset, num consulem via principali in d u x i s s e manipulos scribere poterat Livius nec potius r e d u x i s s e? Via enim principalis erat via illa centum pedes lata quae media erat inter tentoria tribunorum et manipulos primos legionum. Num porro ita pergere posset Livius: „Vixdum satis aptatis armis, in ordines eunt: et clamore magis quam oculis hostem noscunt: nec quantus numerus sit aestimari potest. Cedunt primo incerti fortunae suae, et hostem introrsum in media castra accipiunt.“ Quasi vero hostis qui a porta decumana ad principia pervenerat, nam legionum manipuli in ea inducuntur ceduntque, non jam in mediis castris fuerit, nec Romanarum legionum castra jam praetergressus sit. Sed alia adhuc superest difficultas si a porta decumana impetum factum esse statuis, et in margine viae quintanae quaestorium atque

Digitized by Google

praetorium collocas. Nam si quaestorio centum pedes in longitudine demus, quum praetorium ducentos habuerit, adhuc relinquuntur pedes quadringenti usque ad marginem intervalli quod est apud portam decumanam. Quis vero credat praeteriisse Samnites sine ullo impedimento tendentes ibi manipulos, nec eos antea tumultu excitatos esse quam consulem, hostemque a tergo circumventum invasisse? — Quomodo igitur explicabimus Livii verba: „Ab tergo castrorum decumana porta impetus factus?“ Verba „decumana porta“ non Livii esse videntur, sed ejus qui haec verba: „ab tergo castrorum“ explicare vellet. Idque ut credamus eo magis adducimur, quod supra docuimus Livium eandem castrorum partem quam Polybius tergum frontemque appellare. Polybio vero sita est porta decumana non a tergo sed a fronte castrorum. Cur autem Livius in eodem opere modo hanc modo illam partem castrorum tergum appellet et lectores in errorem inducat? Huc accedit quod in Livii loco XXVI, 42 vocem: „frons“ a plurimis manuscriptis abesse vidimus, eamque stare non posse docuimus. Concedisne igitur eundem qui illo loco vocem „frons“ addiderit, etiam hoc loco vocem „porta decumana“ adjecisse? Non enim video si verba: „ab tergo castrorum“ idem significant quod verba: „porta decumana“ cur idem bis dixerit Livius? Deletis igitur his verbis Livium tergum castrorum eam partem appellare arbitramur, quam Polybius castrorum tergum nominat. Ita nulla earum omnium difficultatum huic loco inest quas ei inesse diximus, si Schelii de praetorii et quaestorii situ sententiam sequamur et impetum a porta decumana factum esse judicemus. Nam sociorum duas cohortes prope praetorium fuisse, quum ex-

Digitized by Google

traordinarii prope praetorium tetenderint, nemini mirum videbitur. Porro verba: „manipulos legionum principali via inducit“ locum suum retinent. Nam si a porta praetoria hostes in castra pervaserant, hac via necessario inducendi fuerunt legionum manipuli, nec alia induci poterant. Etiam verba: „Cedunt primo incerti fortunae suae et hostem introrsum in media castra accipiunt“ huic nostrae interpretationi favent. Hostes enim qui ad praetorium et quaestorium pervenerant, nondum erant in mediis castris. Nam in altero viae principalis margine versus portam decumanam scribit Polybius ἄρχονται ποιεῖσθαι τὰς τῶν στρατοπέδων παρεμβολάς. Praeterea facile fieri poterat, ut si a porta extraordinaria impetum facerent, hostes sine ullo impedimento ad quaestorium et praetorium pervenirent, quum extraordinarios tantum praeterirent.

D.

Sed et Livii locus XLI, 2. Schelii sententiae plane repugnat. Scribit Livius: „Praetorio dejecto, direptis quae ibi fuerunt, ad quaestorium, forum quintanamque hostes pervenerunt. Ibi quum omnium rerum paratam expositamque copiam, et stratos lectos in quaestorio invenissent, regulus adcubans epulari coepit. Mox idem ceteri omnes, armorum hostiumque obliti, faciunt: et, ut quibus insuetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.“

Schelius ad hunc locum ita: „A praetorio ad quintanam ab hac ad quaetsorium itur, et plane eodem ordine, quo in castris Hyginianis haec sunt disposita, ut inter dnas legiones medias esse dubium non sit.“

Digitized by Google

De vera hujus loci lectione interpretes dissentiunt. Dukerus ad l. c. ita scribit: „Nec usquam credo legi quaestorium forum. Schelius in notis ad Polyb. pag 1165 distinctione post quaestorium posita, citat ad quaestorium, forum, quintanamque. Hoc quidem exponi potest ad forum quod in quintana erat; sed mihi tamen suspecta est vox forum, tamquam glossa magistri, qui docere voluerit, forum castrorum in quintana fuisse, quod Livii aetate nemo ignorabat.“ — Nec ejicienda videtur vox „forum“ nec tamen explicandus hic locus quemadmodum eum explicari posse Dukerus dicit. Nam quum Livius dicit: ad quaestorium, forum, quintanamque pervenerunt“ vult indicare ad quae castrorum loca hostes pervenerint, non vero quae in iis locis negotia tractata sint. Cur porro Livius si forum et quintana eandem rem significabant, duobus eandem rem nominibus expresserit? Imo differunt forum et quintana. „Ὁ δ' ὑπὸ τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς ὄπισθεν τόπος ὑποπεπτωκὼς ἐξ ἑκατέρου δὲ τοῦ μέρους τῆς τοῦ στρατηγοῦ περιστάσεως, ὁ μὲν εἰς ἀγορὰν γίνεται τόπος“ ct. et: Ἅμα δὲ τὸν προειρημένον τρόπον παρεμβάλλοντες καθ' ἕκαστον μέρος τὸν ἕκτον οὐλαμὸν ἀπὸ τοῦ πέμπτου πεντήκοντα πόδας ἀφιστᾶσι. Παραπλησίως δὲ καὶ τὰς τῶν πεζῶν τάξεις, ὥστε γίγνεσθαι καὶ ταύτην ἄλλην διὰ μέσων τῶν στρατοπέδων ὁδόν, ἐπικάρσιον μὲν πρὸς τὰς ῥύμας, παράλληλον δὲ ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἣν καλοῦσι πέμπτην, διὰ τὸ παρὰ τὰ πέντε τάγματα παρήκειν.“ Nec tamen negamus, immo dicimus, in hac via quintana forum rerum utensilium fuisse. — Sed nec illa Schelii verba: „A praetorio ad quintanam ab hac ad quaestorium itur, et plane eodem ordine, quo in castris Hyginianis haec sunt disposita“ etiamsi forum et quintanam eadem esse statuas, satis respon-

Digitized by Google

dere videntur Livii verbis. Nam accurate si Livium inspexeris, videbis a praetorio ad quaestorium et postea demum ad forum quintanamque iri. Sed secundum Schelii de praetorio, foro et quaestorio sententiam primum ad praetorium, tum ad forum et postremo ad quaestorium iri oportuit. Hoc igitur Livii loco Schelii sententiam firmari non posse vides.

E.

Superest igitur adhuc Livii locus XXXIV, 47. Qui ita legitur: „Duabus principalibus portis signa efferre jubet: alius tumultus ex adversa parte castrorum est exortus. In portam quaestoriam irruperant Galli.“ Mox addit: „tria proelia circa castra locis distantibus fuisse.“ Quae sit quaestoria porta jam antea diximus. Pars adversa castrorum est ea quae hostem respicit, quamque Polybius et Livius tergum castrorum nominat, opposita parti auersae sive fronti castrorum. Cf. Vegetium de re mil. I, 23. „Porta autem quae appellatur praetoria, aut orientem spectare debet, aut illum locum qui hostes respicit.“ Cf. etiam quae nos supra ad Tac. ann. I, 66. diximus. — Bene quidem scio vulgo hunc locum ita legi: „quum alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus. Legendum tamen ex adversa parte et res ipsa et mss. probant, Nam J. Fr. Gronov. ita scribit ad Liv. XXXIV, 47: „Quum alius tumultus ab adversa parte castrorum est exortus. Sic jam apud Curionem reperio: Sed mss. et Andreas: ex adversa parte. Drakenborch vero ita scribit: „Non Curio sed Vascos. ab adversa parte edidit; quum Froben. anno 1535 et Basileenses quadriennio post ab aversa, iis priores ex aversa vulgassent:

Digitized by Google

quibuscum faciunt Lov. 4. Harl. et Mead. uterque. ex versa parte habent Voss. et Lov. 1. ex adversa Lov. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. ex. Vides igitur nec codicum plurimorum auxilio hanc sententiam nostram destitui.

At vero reliqua veterum loca quae Schelius attulit, velut Virgilii quosdam versus, quibus Teucrorum principes castrorum et campi medio stetisse dicit consilium habentes, ejus de praetorii loco sententiam probare non poterunt. Quis enim poëtam tam accurate loqui postulet, ut si dicat stetisse principes in campi medio, hic locus aequaliter ab omnibus campi finibus remotus fuerit. Num insulam Cretam in medio mari sitam fuisse credis quod scribit Virgilius: „Sacra mari colitur medio."

Iosephi vero locus quo principum tabernacula in medio castrorum esse scribit et μεσαίτατον ponit praetorium, aut ita intelligendus est, ut principum tabernaculis in omnibus partibus milites circumjectos esse dicat, praetoriumque mediis legionibus oppositum; aut, si Schelii sententia de hoc loco vera est, jam Josephi tempore mutatam fuisse castrorum collocandorum formam.

Hygini vero de castrametatione liber, itemque Vegetii de re militari libri, in explicandis Polybii castris cautissime adhibendi sunt, nec unquam mutandus est Polybius, si ipsius narratio parum responderit iis quae Hyginus et Vegetius dicunt. Nam omnis fere illius temporis castrorum collocandorum ratio diversa erat ab ea quae Polybii aetate observabatur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

Digitized by Google

praetorium collocas. Nam si quaestorio centum pedes in longitudine demus, quum praetorium ducentos habuerit, adhuc relinquuntur pedes quadringenti usque ad marginem intervalli quod est apud portam decumanam. Quis vero credat praeteriisse Samnites sine ullo impedimento tendentes ibi manipulos, nec eos antea tumultu excitatos esse quam consulem, hostemque a tergo circumventum invasisse? — Quomodo igitur explicabimus Livii verba: „Ab tergo castrorum decumana porta impetus factus?“ Verba „decumana porta“ non Livii esse videntur, sed ejus qui haec verba: „ab tergo castrorum“ explicare vellet. Idque ut credamus eo magis adducimur, quod supra docuimus Livium eandem castrorum partem quam Polybius tergum frontemque appellare. Polybio vero sita est porta decumana non a tergo sed a fronte castrorum. Cur autem Livius in eodem opere modo hanc modo illam partem castrorum tergum appellet et lectores in errorem inducat? Huc accedit quod in Livii loco XXVI, 42 vocem: „frons“ a plurimis manuscriptis abesse vidimus, eamque stare non posse docuimus. Concedisne igitur eundem qui illo loco vocem „frons“ addiderit, etiam hoc loco vocem „porta decumana“ adjecisse? Non enim video si verba: „ab tergo castrorum“ idem significant quod verba: „porta decumana“ cur idem bis dixerit Livius? Deletis igitur his verbis Livium tergum castrorum eam partem appellare arbitramur, quam Polybius castrorum tergum nominat. Ita nulla earum omnium difficultatum huic loco inest quas ei inesse diximus, si Schelii de praetorii et quaestorii situ sententiam sequamur et impetum a porta decumana factum esse judicemus. Nam sociorum duas cohortes prope praetorium fuisse, quum ex-

Digitized by Google

traordinarii prope praetorium tetenderint, nemini mirum videbitur. Porro verba: „manipulos legionum principali via inducit“ locum suum retinent. Nam si a porta praetoria hostes in castra pervaserant, hac via necessario inducendi fuerunt legionum manipuli, nec alia induci poterant. Etiam verba: „Cedunt primo incerti fortunae suae et hostem introrsum in media castra accipiunt“ huic nostrae interpretationi favent. Hostes enim qui ad praetorium et quaestorium pervenerant, nondum erant in mediis castris. Nam in altero viae principalis margine versus portam decumanam scribit Polybius ἄρχονται ποιεῖσθαι τὰς τῶν στρατοπέδων παρεμβολάς. Praeterea facile fieri poterat, ut si a porta extraordinaria impetum facerent, hostes sine ullo impedimento ad quaestorium et praetorium pervenirent, quum extraordinarios tantum praeterirent.

D.

Sed et Livii locus XLI, 2. Schelii sententiae plane repugnat. Scribit Livius: „Praetorio dejecto, direptis quae ibi fuerunt, ad quaestorium, forum quintanamque hostes pervenerunt. Ibi quum omnium rerum paratam expositamque copiam, et stratos lectos in quaestorio invenissent, regulus adcubans epulari coepit. Mox idem ceteri omnes, armorum hostiumque obliti, faciunt: et, ut quibus insuetus liberalior victus esset, avidius vino ciboque corpora onerant.“

Schelius ad hunc locum ita: „A praetorio ad quintanam ab hac ad quaetsorium itur, et plane eodem ordine, quo in castris Hyginianis haec sunt disposita, ut inter dnas legiones medias esse dubium non sit.“

Digitized by Google

De vera hujus loci lectione interpretes dissentiunt. Dukerus ad l. c. ita scribit: „Nec usquam credo legi quaestorium forum. Schelius in notis ad Polyb. pag 1165 distinctione post quaestorium posita, citat ad quaestorium, forum, quintanamque. Hoc quidem exponi potest ad forum quod in quintana erat; sed mihi tamen suspecta est vox forum, tamquam glossa magistri, qui docere voluerit, forum castrorum in quintana fuisse, quod Livii aetate nemo ignorabat.“ — Nec ejicienda videtur vox „forum“ nec tamen explicandus hic locus quemadmodum eum explicari posse Dukerus dicit. Nam quum Livius dicit: ad quaestorium, forum, quintanamque pervenerunt“ vult indicare ad quae castrorum loca hostes pervenerint, non vero quae in iis locis negotia tractata sint. Cur porro Livius si forum et quintana eandem rem significabant, duobus eandem rem nominibus expresserit? Imo differunt forum et quintana. „*Ὁ δ' ὑπὸ τὰς τῶν χιλιάρχων σκηνὰς ὄπισθεν τόπος ὑποπεπτωκὼς ἐξ ἑκατέρου δὲ τοῦ μέρους τῆς τοῦ στρατηγοῦ περιστάσεως, ὁ μὲν εἰς ἀγορὰν γίνεται τόπος*“ ct. et: "*Ἅμα δὲ τὸν προειρημένον τρόπον παρεμβάλλοντες καθ' ἕκαστον μέρος τὸν ἕκτον οὐλαμὸν ἀπὸ τοῦ πέμπτου πεντήκοντα πόδας ἀφιστᾶσι. Παραπλησίως δὲ καὶ τὰς τῶν πεζῶν τάξεις, ὥστε γίγνεσθαι καὶ ταύτην ἄλλην διὰ μέσων τῶν στρατοπέδων ὁδόν, ἐπικάρσιον μὲν πρὸς τὰς ῥύμας, παράλληλον δὲ ταῖς τῶν χιλιάρχων σκηναῖς, ἣν καλοῦσι πέμπτην, διὰ τὸ παρὰ τὰ πέντε τάγματα παρήκειν.*“ Nec tamen negamus, immo dicimus, in hac via quintana forum rerum utensilium fuisse. — Sed nec illa Schelii verba: „A praetorio ad quintanam ab hac ad quaestorium itur, et plane eodem ordine, quo in castris Hyginianis haec sunt disposita“ etiamsi forum et quintanam eadem esse statuas, satis respon-

Digitized by Google

dere videntur Livii verbis. Nam accurate si Livium inspexeris, videbis a praetorio ad quaestorium et postea demum ad forum quintanamque iri. Sed secundum Schelii de praetorio, foro et quaestorio sententiam primum ad praetorium, tum ad forum et postremo ad quaestorium iri oportuit. Hoc igitur Livii loco Schelii sententiam firmari non posse vides.

E.

Superest igitur adhuc Livii locus XXXIV, 47. Qui ita legitur: „Duabus principalibus portis signa efferre jubet: alius tumultus ex adversa parte castrorum est exortus. In portam quaestoriam irruperant Galli.“ Mox addit: „tria proelia circa castra locis distantibus fuisse.“ Quae sit quaestoria porta jam antea diximus. Pars adversa castrorum est ea quae hostem respicit, quamque Polybius et Livius tergum castrorum nominat, opposita parti auersae sive fronti castrorum. Cf. Vegetium de re mil. I, 23. „Porta autem quae appellatur praetoria, aut orientem spectare debet, aut illum locum qui hostes respicit.“ Cf. etiam quae nos supra ad Tac. ann. I, 66. diximus. — Bene quidem scio vulgo hunc locum ita legi: „quum alius tumultus ex aversa parte castrorum est exortus. Legendum tamen ex adversa parte et res ipsa et mss. probant, Nam J. Fr. Gronov. ita scribit ad Liv. XXXIV, 47: „Quum alius tumultus ab adversa parte castrorum est exortus. Sic jam apud Curionem reperio: Sed mss. et Andreas: ex adversa parte. Drakenborch vero ita scribit: „Non Curio sed Vascos. ab adversa parte edidit; quum Froben. anno 1535 et Basileenses quadriennio post ab aversa, iis priores ex aversa vulgassent:

Digitized by Google

quibuscum faciunt Lov. 4. Harl. et Mead. uterque. ex versa parte habent Voss. et Lov. 1. ex adversa Lov. 2. 3. 5. 6. et Gaertn. ex. Vides igitur nec codicum plurimorum auxilio hanc sententiam nostram destitui.

At vero reliqua veterum loca quae Schelius attulit, velut Virgilii quosdam versus, quibus Teucrorum principes castrorum et campi medio stetisse dicit consilium habentes, ejus de praetorii loco sententiam probare non poterunt. Quis enim poëtam tam accurate loqui postulet, ut si dicat stetisse principes in campi medio, hic locus aequaliter ab omnibus campi finibus remotus fuerit. Num insulam Cretam in medio mari sitam fuisse credis quod scribit Virgilius: „Sacra mari colitur medio."

Iosephi vero locus quo principum tabernacula in medio castrorum esse scribit et μεσαίτατον ponit praetorium, aut ita intelligendus est, ut principum tabernaculis in omnibus partibus milites circumjectos esse dicat, praetoriumque mediis legionibus oppositum; aut, si Schelii sententia de hoc loco vera est, jam Josephi tempore mutatam fuisse castrorum collocandorum formam.

Hygini vero de castrametatione liber, itemque Vegetii de re militari libri, in explicandis Polybii castris cautissime adhibendi sunt, nec unquam mutandus est Polybius, si ipsius narratio parum responderit iis quae Hyginus et Vegetius dicunt. Nam omnis fere illius temporis castrorum collocandorum ratio diversa erat ab ea quae Polybii aetate observabatur.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

This book should be returned to the Library on or before the last date stamped below.

A fine of five cents a day is incurred by retaining it beyond the specified time.

Please return promptly.

Digitized by Google

Gp 95.265.10
Tradita Polybii castrorum Romanorum
Widener Library 006768630
3 2044 085 162 709

Digitized by Google